Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Beati qui audiunt uerbum dei et custodiunt illud Off. Beata es uirgo maria quae domino porta creatore mundi genuisti qui te fecit et prima uirgo Sec.

Qua domine propitiatione et beatae mariae semper uirginis intercessione ad perpetuam atque primam hec oblatio nobis proficiat salutem per. Co.

Beata uiscera mariae uirginis quae portauerunt aeternum patris filium. Compl.

Sumptis domine salutis nostrae subsidiis da quesumus beatae mariae semper uirginis nos patrocinia ubique presentari quorum uenerandae commemorationem hodie obtulimus maiestati tuae per. In aduentu de beata uirgine

Rorate caeli de super et nubes pluant iustum aperiatur terra et germinet salu. Et iustitiam oriatur simul ego dominus creauit eum. Deus qui de beatae mariae uirginis utero uerbum tuum angelo nuntiante carne suscipere uoluisti praesta supplicibus tuis ut qui uere eam dei genitricem credimus eius apud te intercessionibus adiuuemur per eum. Epla. Egredietur. Cl. lxxxi. Br.

Tollite portas principes uestras et elemini portae aeternales et introibit rex gloriae. Quis ascendet in montem domini aut quis stabit in loco sancto eius innocens manibus et mundo corde. Alla. Virga iesse floruit. Euangl. Missus est. Cl. lxxxiiii.

Off. Ave maria gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Sec.

Omnipotens sempiterne deus qui ueris et legitimis sacramentis fidei sacramenta confirmasti ut qui de puerpera uirginis domini nostri et hominis confitemur per eius salutifera nos potentia a aeternam meremur peruenire beatitudinem per. Com.

Ecce uirgo concipiet et pariet filium et uocabitur nomen eius emanuel. Comp.

Gratiam tuam domine mentibus nostris infunde ut qui angelo nuntiante christi filii tui incarnationem cognouimus per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur per eum. Coll. a

Concede quesumus omnipotens deus ut intercessio nos ad omnes sanctos sanctae dei genitricis semperque uirginis mariae societ omnium apostolorum martyrum confessorum atque uirginum et omnium electorum